Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

tionem anime ipsius, sueque et progenitorum suorum
dedit in usus fratrum in monasterio ipso, videlicet Zwe-
tel, deo servientium tria allodia in Wezelsdorf
manu sua matrisque et sororis assensu et domi-
ni Ulrici de Marbach levir sui. Hac scilicet dispo-
sitione, ut de redditibus eorundem allodiorum annua-
tim in nundinis sancti Jacobi iiii. carrate vini compar-
rentur, de quo conventui singulis sabbatis in mensa
vinum ministretur. Facta sunt hec in depositione
ipsius funeris anno incarnationis domini M. CC. xij.
coram testibus quorum sunt hec nomina: Had-
marus de Chvnring, Ulricus de Valchen-
berch, Heinricus de Tvmpneawe, Otto de
Heinderichesl, Otto de Bvchbech, Otto
Thvrse, Chalhohoch de Mvlbach, Or-
tolf de Ronebc, Hvgo de Rastenbc et Ch-
vnradus frater eius de Ottenslagen, Heinricus de Ka-
mer, Heinricus de Herrenslagen et filius eius Al-
bero de Staleche et frater eius, Heinricus de Ky-
owe, Hainricus de Valchenbech, Fridericus
de Ryggers, Karolus de Tal, Damianus
de Haidenrichstain, Marquardus de Zwetel,
Hainricus et Albero de Aleloshge, Otto de
Werd, Hainricus de Steinbc.

Notandum est quod quibusdam temporibus domini Had-
mari ~~domini~~ de Chvnring secundi fundatoris nostri
monasterio nostro datum est in districtu Witrensi
sive a nobilibus vel a militibus, seu famulis
suis quocumque nomine censeantur. Idem dominus
Hadmarus nobis ea confirmavit et cum eis dedit.
Fuerunt enim quidam nobiles in districtu Witren-
si residentes et predicto domino Hadmaro ad-
herentes et ei servientes, qui nostro monasterio
benefecerunt et ob salutem animarum nobis diver-
sos redditus contulerunt. Sicut domini de Saz-
ze, quidam de Rosenowe, quidam de Ryck-
kers, quidam de Gvetenbech dicti Tehler, quidam
nobiles dicti Mazzolter, quidam
dicti de Wasen, quidam de Lvensnitz, qui-
dam sic, quidam sic, de quibus in diversis locis
in districtu Witrensi redditus nos habemus,
sicut in Waezmans, in Engelgozz, in May-
senpvhel, in Katvarns, in Wernharts, in Wern-
hertleins, in Waltenstain, in Mystelbach,
in Wit, in Ganays, in Winthag, in Zweikers, in Gemvnd,
et in diversis locis ubi habemus redditus singil-
latim. Jus namque proprietatis ad predictum dominum
Hadmarum pertinuit, quia ipse primus cultor et in-
habitator Witrensis districtus fuit, et nobis lar-
ga manu porrecta confirmavit quicquid ab a-
liis in districtu suo nostro monasterio datum fu-
it. Hoc idem etiam confirmant nobis privilegia
papalia et privilegia regum ac etiam imperatorum.
In quibus talia scripta inveniuntur. In papa-
libus namque sic legitur: Statuimus ~~namque~~
ut quascumque possessiones, quecumque bona mo-
nasterium vestrum in presentiarum iuste et canonice
possidet, aut in futurum concessione pontificum, lar-
gitione regum vel principum, oblatione fidelium
seu aliis iustis modis prestante domino pote-
rit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus
et illibata permaneant in eternum. Item in privile-
gio ducis Levpoldi: Omnibus ministeriali-
bus nostris in conferendis rebus suis monasterio
Zwetlensi licentiam damus atque liberatem et huius
similia. Non enim antiquitus erat consuetudo de om-
nibus elemosinis monasteriis vel ecclesiis in pre-
sentis privilegiale porrigere instrumentum, sed sim-
pliciter aut in altaribus elemosinas resignare
aut deo offerre vel etiam in manibus sacerdotum. Unum
et de uno manso nobis dato in Rykkes sic inveni-
mus a senioribus simpliciter exaratum.

Notificamus omnibus tam presentibus quam fu-
turis generationis recte fidei hominibus, quod domina
Richkardis de Grvnenbach cum duobus filiis
Rvdego et Heinrico ac filia Jvtta obtulit
deo et beate virgini semper in cenobio Zwetel et
fratribus inibi deo militantibus mansum unum in
Rvdegers ob remedium anime viri sui Rv-
degeri, iure perpetuo possidendum. Huius rei
testes sunt hii quorum nomina subscripta sunt:
Ortolfus et frater eius, Ernestus de Gvnne-
bach, Reinbitus de Rvdegers, Herran-
dus de Drozze, Trvtlieb de Lvtendorf,
Adelolt de Elsin, Chvnradus de Odenberch,
Heinricus de Haliten, Rvdegerus de
Sirchenvelde. ...

Anno domini M. CC. XX. Datum.

Nota etiam quod quamquam ordo Cisterciensis officere vult dare scripta in principalibus conventibus sibi traditis, sicut in privilegio Friderici imperatoris plenius continetur, quod privilegium dux Albertus itera sua videlicet in scripta confirmavit. Sicut in hoc libro certo modis invenitur. Idem privilegium dux Albertus et dux Otto frater eius confirmaverunt.

Marie

Iste Hadmarus secundus dedit domui nostre Zwetlensi mediam villam in Wolfkers et dimidiam domum sitam cis...